

comparations:
fuerat creatus
n. Ambro. in
Psal. 118. ser.
m. 7. Collatun
cum. Apolog.
David c. 1. &
l. de Noe &
Arca c. 4. La-
man. l. 2. c. 8.
Method. apud
Epiph. bares.
64.

Politice ordo
inter Dæmo-
nes.

o. Joan. 8. 44.
p. Ephes. 6. 12.
Vide & 1. Cor.
15. 24.
q. Matth. 12.
24. Luc. 11.
15. 18.
r. Luc. 11. 25.
26.

8 Psal. 77. 49.

t. 1. Par. 20. 1.
Confurrexit
Satan contra
Israel, & con-
citatavit Da-
vid ut numer-
aret Israel.
u. 3. Reg. 22.
22.

Dæmonum
munera.

x. 1. Pet. 5. 8.

y Ephes. 6. 16.

autorem fuisse, hæc, inquam, sententia
ideo, invecta est [n], ut Scripturæ illud
concilietur, quo docemur, i. Dæmonem
homicidam esse ab initio (o), tum & al-
terum Sapientia 2. 24. Invidia Diaboli
mors introivit in orbem terrarum; ac tan-
dem quæ in eadem Scriptura leguntur de-
pellebâ fraude Diaboli in crimen primâ
illâ muliere. Volebant, inquam, hæc om-
nia cum Libri Enoch ineptus componere,
cujus tunc autoritati plurimum defere-
bant, rati S. Judam Apostolum scriptum
illud in sua Epistola tamquam canonicum
laudasse.

Quanquam nullus est dubitandi locus, eundem, datâ proportione, ordinem inter
bonos maloque Angelos servari, ejus ta-
men ratio & gradus penitus ignorantur.
Agnoscit inter illos Apostolus (p). Prin-
cipatus, Potestates, & Virtutes, quemad-
modum inter Angelos luminis. De Beel-
zebub Princeps Dæmonum non semel in
Evangelio sermo erit (q). In para-
bola Fortis armati docet Iesus Christus,
Dæmonem domo suâ pulsum, assumptis
septem aliis spiritibus nequioribus se prior-
res sedes reperiens (r). Aliquid de pristi-
no ordine, quem ante defensionem suam
in Cælo servabant, retinere illos, Cassianus
collat. 8. cap. 15. arbitratitur; vel saltem,
eundem servant inter se graduum or-
dinem, quem nequit vel crimen, quo
maxime præstant, expostulat.

Sed hac inferiorum ad superiores sub-
jectio ita reputanda est, ut subiectio-
nem per omnia debent Authori & Crea-
tori suo, nihil officiat. Principis enim
tenebrarum iustificationis, quibus inferne
hominibus mala jubent, tantum obti-
perant, quantum Deo volente permittun-
tur. Jobum tentaturus Satan, vires in il-
lum suas paulatim explicavit, Deo veluti
per gradus & vires permittente. Si Deus
ultionem exercere suam in Urbem aliquam
gentemque meditatur, immisiones facit
per Angelos malos (s). Mala à Satana con-
siderata, exequationi tandem man-
dari permittit. A. e. g. inspiravit Davidi
permisit, ut censum populorum sibi subje-
ctorum indiceret (t). Contemptui habet
Rex Israel veros Domini Prophetas: offert
se flatim Satanas dicens: Spiritus ero men-
dax in ore omnium Prophetarum ejus (u).
Stantem Satanam coram Domino spectavit
Zacharias 3. 1. quod Summum Sacerdotem
Iesum accusaret, ejusque urgeret damnationem,
nis ab Angelis impeditur ju-
bente. Incepit Dominus in te, Satan.

Corporum ægritudines, mortem, & to-
tam illam malorum cohortem, quæ misero-
res homines comitantur, uti procellas, ste-
rilitatem, bella, Dæmoni authori tribuit
Scriptura. Nec sane plura ejus mini-
sterio atque in homines invidiâ præsta-
ri diffiteor. S. Petrus (x) Dæmonem
exhibit tanguam leonem rugientem & pre-
dam nunquam non accupantem. Depin-
gitur à S. Paulo (y) velit hostis ignis te-
lis armatus, quæ nunquam non in corpora
& in animas hominum intorquet. Suos
Dæmones mala consilia suggestentes, non

secùs ac bonos Angelos ad rectam propel-
lentes, singulis hominibus Veterum plares
(z) tribuerunt; quod in ipsos derivatum
est ex Libro Hermae vel Pastoris (a),
& ex altero Libro Apocrypho, quem fa-
cile credimus Apocalypsim Abraham, à S.
Epiphano hæref. 39. cap. 5. laudato.

Idem pariter in Philosophorum Scriptis
(b), & maximè Stoicorum, spectatur: ad-
mitunt enim Stoici non Angelum bonum
tantum singulorum hominum custodiam in-
vigilantem, sed malum etiam Angelum,
infidias nunquam non atruentem. Judæi
etiam nostræ artis duplum Angelum,
bonum nempè & malum, singulis hominum
assigant (c). Sed Ecclesia Christiana
tum tantum ab incunabulis salutis An-
gelum dari hominibus tenet, quamquam
non diffitetur malos Angelos nunquam
non capiendis incautis invigilare. Orige-
nes in ea fuit persuasione hom. 15. in Jo-
sue, singulis vitiis suum præsidere Ange-
lum, suum nempe avaritiae, fornicationis,
superbia &c. ut quid pluribus detinemur
vitius, plus etiam in nostram perniciem
pravorum Angelorum inducamus; & cum
vitium aliquod reluctando vicerimus, vi-
tum etiam abscedere Dæmonem vitio illi
præsidentem, neque audere iterum ad pu-
gnam redire; nisi forte segnitiem nostram
animadvertis, in novam vitiorum spem
erigatur: ita verò prælum, assumptis fe-
cum septem aliis spiritibus se nequioribus,
juxta phrasim Iesu Christi Luc. 11. 26. in-
flatur.

Veterum Patrum plerique docent, præ-
vos Angelos perditionis reos, è Cælo
pulsos in aera relegatos fuisse, ubi ad
extremam usque Judicii diem, quando sci-
licet ad Inferna præcipites agendi sint,
detineantur. Athenagoras Legat. pro
Christi ad mentem illorum, qui inter pravos
Angelos & Dæmones discriben illud fla-
tuunt, nimirus Dæmones ex rebellium
Angelorum cum filiabus hominum commer-
cio natos fuisse; Athenagoras, inquam,
Angelos in aere collocat, Dæmones verò
circa terram, quibus malis inceptoribus
omnes in malum propelluntur. Philo Ju-
dæus (*), Tertullianus Apolog. cap. 12.
aliisque nonnulli bonos maloque Angelos
indiscriminatum in aere confundiunt; sed
Augustinus [d] maluit, excidisse illos è
subtiliori & puriori æthere in cratrum istum
terrae proximum, qui lucido illi aeri cere-
no comparatus, perinde ac tenebrae
haberetur; unde à S. Paulo jure merito-
que dicti sunt, Principes tenebrarum (e).
In hac Apostoli verba scribens S. Hiero-
nymus, docet: Hec autem omnium Docto-
rum opinio est, quod aer iste, qui, Calum &
terram medius dividens, in mane appellatur,
plenus si contrariis fortitudinibus.

Hic autem constituti Dæmones, impe-
rium in homines suum exercent, assumptâ
interdum Angelorum luminis specie, ex-
citatis procellis, nullâ tentandi fallendi
que homines occasione non captata. Ap-
pellat etiam illos Apostolus ad Ephes. 6.
Principes Potestatum aeris: & S. Chrysostomus (f); persuasum se habere dicit,

ni-

Sedes & locus suppliciorum.

nihil amisisse illos de priori, quo à Deo
donati sunt, in aërem imperio. Ceteri ta-
men Patres (g), excidisse illos ab hac
potestate malunt; quod autem aërem ad-
huc infestent, hoc unicè tribuendum, quia
eo loci torquentur (h), donec extrema
Judicii die tandem detrudantur in Tarta-
ra. Defendant alii (i), Dæmones pro ma-
jori fuorum parte in inferno torqueri; quæ
autem adhuc terram vel aërem exercen-
dis hominibus infestat, minorem esse illo-
rum portionem.

Tandem S. Petrus Epist. 2. cap. 2. v. 4. &
S. Judas ver. 6. non obscurè docet, per-
duelles illos Angelos in inferno cruciari.
Rudentibus inferni detractis in tartaram
tradidit cruciandis, ait S. Petrus. Angelos
verò, qui non servaverunt suum Principa-
tum, sed dereliquerunt suum domicilium,
in judicium magni diei vinculis aeternis sub
caligine reservavit, ait S. Judas. Sed hec
Apostolorum verba S. Augustinus in Pſal.
149. S. Gregorius Magnus Moral. 1. 13.
cap. 17. Beda Venerabilis in 2. Petri 2.
Rupertus Abbas in Gen. 17. Petrus Abae-
lardus Introduc. ad Theolog. cap. 17. de
inferiori crassofo aere exponunt, qui
cum puriori æthere collatus, tamquam
abyssus & infernus aliquis locus haberi
potest. De illorum tamen autoritate mi-
nimè persuasum est Theologis, docentibus
malos illos Spiritus non ita in Inferno de-
tineri, qui possint interdum ad nos re-
meare. Et S. Joannes Apoc. 20. Principem
Dæmonum exhibet vinculis alligatum, &
in abyssum projectum, præcisâ omni egre-
diendi spe per mille solidos annos. Sed quis
figuras omnes Apocalypsis ita exposuerit, ut
certum aliquid de statu Dæmonum doceat
Fateamur oportet, nihil habere nos cā in
re nisi certum, & conjecturis tantummo-
do, non argumentis, probatum.

Dæmones illi querentes de Iesu, quasi
maturi, quā par erat, ad torquentis ip-
soe venisset (k), roganteque ne in aby-
sum præcipites agerentur (l), insinuare
videntur, requie illos aliquā in terra po-
tiri, & tamquam summum malorum haberi
si in tartara relegentur. Et quidem
Veterum Patrum sanè multi docent, dam-
natos illos quidem ad ignem eternum, sed
sententia illius executionem ad usque Ju-
dicii diem suspendi. Desperata conditio co-
rum ex prædamnatione solatum reputa-
re frumentum interim malignitatis de pena mora
ait, Tertullianus Apolog. cap. 27. S. Ju-
stini Martyr Apolog. utraque, Minutius

m. Origen. 8. in Felix in Octavio, Lactantius Inst. lib.
Exod. & 1. ult. cap. 26. Tatianus Orat. contr. Gentes,
de princip. c. 6. Origenes (m), Nemesis de natura homi-
num cap. 1. S. Augustinus [n], S. Hiero-
nymus in Isa. 25. aliique plures (o), ge-
nit. Idem 21. c. 10. 13. Et in
Pſal. 149. & Ephes. 6. 12.

f. Chrysost. in
Ephes. 6. bo-
mil. 4.

alibi sapient. (p): Ita maledicti in ignem aeternum qui
l. 3. de Evang. paratus est Diabolo & Angelis ejus: para-
c. 4. art. 13. tus, inquit, Diabolo, non qui Diabolum
&c. p. Matth. 25. Non ita tamen reputandum est, quasi
nullo pœnaru sensu Dæmones in præsen-
ti tangantur, & omnis illorum pœna ad-
usque post Judicii diem reservertur. Alius
est ignis, quo modò torquentur, alius quo
peh illam Judicii diem cruciantur, ait
S. Gregorius Magnus Moral. lib. 4. cap. 10.
Mores nunc & dolore pro sententia
jam probata atque damnatione sua affi-
ciuntur; sed post diem Judicii, quem ignem
modò absente gravem experientur, pra-
sentem sentient. Diffinita quidem, ait S.
Bernardus serm. de transit. S. Malach.
nondum promulgata sententia est. De-
nique jam Diabolo ignis paratur, est non
dilectus ille precipitatus in ignem, modico
adib tempore sinatur malignari. Futuri sup-
plicii certa expectatio suâ quasi presentâ
discruciat. In hanc sententiam omnes fer-
mè Veteres concessisse obseruat. Maldona-
tus in Matth. 25. 41. & P. Petavius de
Angelis lib. 3. cap. 4. art. 18.

q. Beda in Ja-
cob. 3.

r. Origen. 1. 2.
de Princip. c.
11. Vide &
Hieronym. Ep.
59. ad Avit.
& in Isa. ad
finem.
s. Comment.
ad Eccl. c. 19.
t. Deut. 32. 17.
Pſal. 105. 37.

10

Dissertatio

u Herod. l. 2.
e. 46. **Strab.**
Diodor. Elian.
alii.

to probatur, sive **Hebreos** sive **Chananeos** unquam **Dæmonibus** cultum impendiisse. Hinc sive **Pilosus**, de quibus Moyses, non nisi Deos Mendesorum in **Egypto** desigunt (**x**), quorum imitari cultum in deserto tentarunt **Hebraei**, & re ipsa aereum vitalium consecrare ausi sunt.

Autumrunt Patres, nec immerito, **Dæmones** cultum sibi in **Idolis** à gentibus exegisse. Erant enim reapse **Dæmones**, sive qui **Tempa** occupabant, sive dabant oracula, sive tandem superstitiose illius Religionis **Authores** fatoresque. Sed spemtum à gentibus illis cultum infestissimi illius humani generis adversarii, quem sub **Satanæ** nomine agnoscimus, quis credat? Constat plene, **Gentiles** non nisi confusam quendam illius ideam habuisse; Deoque illos infernos, quibus litabant sacrificiis, quemadmodum & **Deis** Cæli marisque, longè alios suisse ab iis, quos **Dæmones** nos, illi malos **Genios** appellabant (**x**). Vix tamen datur ambigendu locus, Perfas summis honoribus **Dæmonem**, quem ut malum principium agnoscabant, non coluisse. Duos enim illi **Deos**, bonum nempe & malum, in natura statuerunt; illum **Hormatum**, alterum **Arimanum** appellantes. Horomato sacrificiis gratiarum actionis litabatur, avertendis, quæ ab illo imminebant, malis; sacrificia pariter Arima-

x Plutarch. de
Iside, &
Osiride. **Stan-**
ley, tom. 2. p.
34. c. 6.

no oblatæ; offerendi autem ritus erat ejusmodi. Herbam Omanum tundebant in mortario, Deum interim Infernum & tenebrarum invocantes, affudentesque cruxrem lupi, quem jugulaverant. Secundum hæc, totam illam confessionem deferabant in locum solaribus radiis impervium, quæ proieciam relinquebant.

Certum etiam constituent, populos quosdam Africanos hostiis & luminibus latuisse **Dæmoni**, quæ scilicet furorem ipsius, & malum, quod in homines minitur, evitare darent. Ed utique ignorantia & superstitione devenit. S. Augustinus non semel repetit id, quod in Psal. 94. num. 6. distissimum exprimit. **Omnes gentes sub Dæmonibus erant**; **Dæmonibus Tempa fabricata sunt**; **Dæmonibus aere constructæ**; **Dæmonibus Sacerdotes instituti**; **Dæmonibus oblatæ sacrificia** &c. Docet alibi (**y**), Principium authoritate inventum inter homines **Dæmonum** cultum; & id constituisse Romanos ut boni Genii invitarentur, sacrificiis verò litaretur malis. Quod cæ plene religione sanxerunt, qua olim erecta ab illis sunt Tempa febri & pallori (**z**). Non eit igitur cur pervicaciter negemus, quin & ed ignorantiæ apud Paganos ventum fuerit, ut vel **Dæmonibus** divinos honores decernerent.

y De Civit. l.
5. c. 32.

z Aug. de
Confess. Evan-
t. c. 18. Qui
& agathous
Dæmonas in-
vitandos, &
cacous Dæmo-
nas placandos
monent.

DISSE

TATIO

IN TRES MARIAS.

a Luc. 7. 37.

Quam modò agitandam suscipimus, quæstio tres illas foeminas in Evangelio respicit, nimur Mariam Magdalenam, Mariam sororem Marthæ, & foeminam illam pœnitentem, quæ in ædibus Simonis Pharisæi Christi pedes delinivit (**a**). Discutendum est autem, num tres itaq; unam eamdemque, sive tres reapse foeminas inferant.

Atque in ipso Dissertationis huius lamine constitendum est, de qua questione illarum, quas interminatas Apostolus 1. **Timothy** 1. 4. appellat, numero habendam esse, de quibus post longam prolixanque disquisitionem semper tamen veritas manebit in obscuro. Profectò si rei verius disputatione attingi potuisset, jam tandem factum esset, ut in lucem solemque expolita post tot sapientissimorum hominum conatus patet. Attingenda hujus veritatis duæ plene effent via: prima Dei verbum, nempe sacrorum Librorum Textus; secunda Ecclesiæ traditio, & Patrum confessus. Ambiguus est autem Evangelii Textus magis, quæ ut certi aliquid ex illo definiatur. Ecclesiæ traditio variat; inter Pa-

tres enim non minus ac inter nostræ ætatis Criticos non convenit. Hanc sententiariam varietatem, & discrepantium videt Ecclesia, nihilque ex ea re timens incommodi, autoritate sua refranndam ingeniourum licentiam fuerum esse partium non ducit. Integrum est igitur ut quicumque voluerit, iterum argumentum illud, expoulante nemine, tractandum suscipiat.

Sex autem de illo referuntur sententiæ. Prior omnino tenet, Mariam Magdalene, Mariam sororem Marthæ, & Pœnitentem illam foeminam, quæ Iesu Christi pedes in ædibus Simonis Leprofi [**b**] unguento perfudit caput ejusdem in Bethania, dum apud Lazarum diversaretur (**c**), unam eamdemque mulierem, varia enga Jesum munera præstantem, haberi. Alii tres personas distinguunt; alii Mariam Magdalene cum sorore Marthæ confundunt; alii foeminam peccatricem à Magdalene non distinguunt; ipsam denique alii reputant Mariam sororem Marthæ cum foemina illa criminosa. Addenda hisce omnibus illorum opinio, qui inter tot varias sententias veritatem in ambiguo positam fatis aperte non distinguentes, hærent suspensi; inter quos recenseri meritò possunt S. Hieron.

b Luc. 7. 37.

c Jo. 11. 2. &
12. 2. 3.

d Hieron. in
Matth. 26. &
l. 2. contra fo-
vin. c. 16. Pra-
fat. in Osee,
& Ep. 150.

e Ambros. l. de
Virgin. Con-
f. cum l. 6.
in S. Lucam
& Clemens Ale-
xand. l. 2. Pe-
dag. c. 8. Vide
D. Trewet. de
Maria Magdal. l. 2. art. 2.
p. 214.
g Gregor. Ma-
gn. homil. 25. Vide
in Evangel.
& hom. 33. in
l. Reg. 9.
i Chrodober-
apud Ques-
nel. in Not.
ad Epis. S.
Leonis.
k Petrus Bles.
l. 3. Ep. 50. &
Serm. de S.
Maria Mag-
dal.
l Chrys. hom.
82. in Matth.
26. & hom.
61. in Joan.
Vide Origen.
hom. 35. in
Matth. &
hom. 1. &
Cantic.

s. Hieronymus (**d**), **S. Ambrosius** (**e**), **S. Augustinus** tract. 49. in Joan. num. 3.

Singularum opinionum assertores eadem Scripturæ testimonia in suas quique partes trahunt; ex quibus oppositas plene consecutiones deducunt. Laudat pariter pro se quisque Patres sententiæ sue faventes. Qui unam constituant, assertores dant potissimum **S. Clementem Alexandrinum** (**f**), **Ammonium Harmon.** 4. **Evangel.** **S. Gregorium Magnum** (**g**), **Chrodoberum Episcopum Turonensem** septimo saeculo (**h**), **Bedam ejusdem facili Scriptorem** in **Luc. 3. c. 1.** **Druthmarum Monachum Corbejensem** in **Matthæum** noni seculi Scriptorem, **S. Odonem Abbatem Cluniacensem** serm. 2. de **Maria Magd.** **Pseudo-Anselmum** in **Matthæum** 26. **Petrum Blesensem** (**i**), **S. Antoninum sermon.** in **Fer. 6.** **Hebdomadis Passioni**, **Dionysium Chartuianum**, **Hugonem Cardinalem**, ac tandem **Latinos** ferè omnes post **S. Gregorium Magnum**.

Qui plures defendant, assertores habent Authorem Constitutionum Apostolicarum lib. 3. cap. 6. distinguenter inter **Mariam Magdalene**, & **Mariam Sororem Marthæ**; quod idem præstitum à **Theophylo Anticheno** Comment. alleg. in 4. **Evang.** **S. Irenæo** lib. 3. cap. 14. **S. Chrysostomo** (**j**), **S. Macario Hom. 12.** **Tito Bostrensi** in **Luc. 7.** **Theophylacto** in **Marc. 14.** & in **Luc. 7.** **Euthymio** in **Evangelia**, **Modesto Patriarchâ Jerosolymitanu** apud **Phot. Cod. 275**, ac tandem à **Græcis Patribus** ferè omnibus. Ita sexto Ecclesiæ saeculo insignis hæc controversia Orientem, Occidentemque inter se committebat. Albertus Magnus, & **S. Thomas** neutram partem fecuti, agnoscunt Occidentem universum **S. Gregorii Magni** partes seclari. Est quidem animadversione dignum, **Officium Missæ**, & **Breviarium Romani** ritus in unam eamdemque foeminam **Mariam Magdalene**, foeminam criminosa, & **Mariam Sororem Marthæ** non aperte quidem, sed obscurè, quantum capimus, conflare.

In eorum statu **Jacobus Faber Stapulensis** decimosexto saeculo insurgens, demonstrandum suscepit, tria illa nominares designare distinctas foeminas, nihilque populari illi opinioni tres in unam colligenti deferendum fuisse. Subsidiarium Fabri operam præstavit **Jodocus Clitoveus** (**m**); tantaque ejus disputationis novitatem commotio facta est, ut tandem Facultas Theologica Parisiensis Fabri thesim censurâ inuisserit die 9. Novembris 1521. Adversus Fabrum contraria opinionem, scripto libro defendit **Joannes Fischerus** Episcopus Roffensis anno 1519, cui etiam suffragatus est alio scripto **Balthasar Sotius**, eiusque Opus prodit **Cesar Augustus** 1521. Idem præstitum à **Laurentio Suri**, **Jacobo Episcopo Viennensi**, **Marco Grandivallo**, **Baronio**, **Jansenio Gandalvensi**, & **Maldonato**.

Nequaque tamē his factum est, quin Eruditiorum ali Fabri causam defendendam suscepissent. **D. Lonvet** an. 1636. **Librum** ea de re vulgavit, munitum approbatione **D. Chatelain** Syndici Facultatis Theologica

In Tres Marias.

Parisienis; demonstrat autem politicam hujus censuræ Sorbonicæ rationem, assertaque futurum, siquidem iterum sub Judice causa ponetur, ut æquior pro Fabro proponeret sententia **Casaubonus** in **Baron. Exercit.** 14. **Etius** (**n**), **Launoyus** (**o**), **Bulengerus** **Jesuita** [**p**], & ejusdem Societatis **Turrianus** in **Confess.** 1. 3. c. 6. **Zegerus** **Franciscanus** celebratissimus Interpres in **Joann. 1. 1.** **Salmeron** 1. 9. tract. 49. aliique etiam Recentiores pro distinctione earumdem foeminarum adversus alios unicam defendentes decertarunt.

R. P. **Alexander Dominicanus** in **Hist. Eccles. l. 2. c. 1. disserr.** 17. **P. Lamy Harmon.** in **Evang.** & **Epis. Gallic.** & **Mauduit** (**q**) **O'atorii Presbyteri**, **P. Pezon** (**r**) strictioris observantia **Cisterciensis**, unius mulieris partes tenuerunt. Sed **D. Mauconduit** (**s**), **Anquetin Parochus Legionensis** (**t**), **D. Tillemont** (**u**), **Baillet** (**v**), **Faber** Doctor Sorbonicus in suis animadversionib; bus ad **P. Alexandre** suppressis, pro pluribus decertant. **P. Lamy** post lectam à se **Dissertationem** **D. Anquetin** contrariam sententiam dupliciti Epistolæ impresa 1609 suffulit. Prodiit eodem tempore **Libellus Gallicus** quidam anonymous inscriptus: **Reflexiones** **contre la Dissertation sur sainte Magdalene** (**w**); cui Ecclesiasticus quidam **Dioce** cels Rethomagenis, facile idem **D. Anquetin**, tres Epistles publici juris factas opposuit. Omnim postremus insurgens **D. Tretet** Parochus de **Gomecourt** vulgavit anno 1713. prolixam Dissertationem suam, qua **Mariam Magdalene**, **Mariam sororem Lazari**, & **foeminam Criminam** unam singulararem foeminam adversus recentiores quodam **Authores** defendit. Rem sibi ponit maximè contra **D. Anquetin**, **Tillemont**, & **Baillet**. **I** est celeberrima hujus controversia status.

Quam suscepimus provinciam, cogit nos ut mentem hac de nostram promamus; ut nihilque propterea facturos nos proprijs arbitrantur, quam utriusque sententiæ rationes in medium proferre, ut **Ledolares** nostros, & nos etiam ad judicium cæ de re suum nostrumque pronunciandum, & quas maluerimus partes seclandas, comparemus.

ARTICULUS I.

Rationes pro una Maria.

I. **Q**UÆ singularem afferit foeminam sententiæ, ferè unicè obtinuit in Ecclesiæ Occidentali jam inde à saeculo secundo, nempe post **S. Gregorii Magni** etiam. Asserta autem mille annorum spatio & omnium scriptorum Catholicorum auctoritate firmata posse, adeò ratum effecti certumque jus, ut non nisi solidis aperiisque demonstrationibus rejiceretur. Opinio sanè, que tot saeculorum spatio in Ecclesiasticis Officiis valuit, in publicis ad populum concionibus constituta, quoque traditionis inter fideles recepta portionem aliquam efficit, tanquam sancta & inviolata.

n Etius orat.

o Launoy de

Commentatio

Lazari &

Magdal. in

Provinciam

appulu.

p Bulenger.

Diatrib. 3. p.

15.

q Mauduit.

Anquetin.

Diss. de Ma-

ria Magdal.

Parisiis an-

1699.

u Tillemont

Hist. Eccles. 1.

2. p. 30. &

512.

v Baillet Vi-

tass. Mensis

Julii 22.

y Animadver-

siones in Dis-

sertationem de

S. Maria

Magdalena.